



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

10 De probatione requisita in crimine hæresis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

omnes in criminibus excepti, præcipue in hoc crimine hæresis, torqueri possunt. Negat Anton. Gomez, tom. 3, cap. 13, n. 3. in fine vers. 1. tamen intelligo. Et reddit rationem, quia exemptio hæreticorum personarum à tortura fit ob periculum vitæ propriæ, vel alienarum, quod periculum aequè in omni crimine procedit, & consenti- re videtur Pegna 1. p. direct. comment. 110. circa medium vers. quod autem. Nihilominus credo hos omnes torqueri posse (ex- cepta muliere prægnante) si tortura ea cautela, & moderate adhibeatur, ut secandum Medicorum consilium, nulli inde peri- culum mortis timeatur, sic Simancas de hæres. 65. n. 45. Petr. à Plecha in epitome delict. lib. 1. c. 32. n. 12. in fine. Carroz in præf. crimin. 2. tract. de iudic. & tortura, §. circa tertium quæ persona torqueri possunt, n. 37. vers. fallit in criminibus exceptis. Pegna, 3. p. direct. comment. 39. n. 156. vers. scio quæsitum esse. Fatinacius in d. i. quæst. 41. num. 13. & de hæres. quæst. 185. num. 125. Funda- mentum delimitur ex l. de minore. ff. de q. vbi exemptio mino- re 14. annotat à tortura, subdit. Consultus non procedere exemptionem in crimine læsæ maiestatis in quo omnes omnino si ad testimonium provocentur, cum res exegerit, torquentur. Si igitur torqueri possunt pro testimonio dicendo in crimine excepto, à fortiori ob suspicionem commissi criminis. Nec valet ob- iectio, hæreticos, torquendos esse tortura relata in l. §. impuberi, ff. ad Syllan. vbi cauetur impuberes terri posse, habena, vbi fe- rula cædè, quia hic terrores, & castio etiam extra crimina excepta conceditur. Item quia reus in l. de minore. absolutè dicit tor- quendus. Terrores autem & ferulæ castio non reputatur tortura, ut ex l. supra d. l. 1. manifestè colligitur. Inquit enim textus. Impu- bescit autem vitam in supplicio patimur, an vero etià in quæstio- nibus magis est ut de impubere nec quæstio habeatur, alias solet hoc in viti observari, ut impuberes non torquentur, terri tamen ferulæ & habena, vel ferula cædè. Ecce quia ratione terrores, & castio ferulæ & tortura non reputatur. Dixi, excepta muliere prægnante, quæ propter partus periculum non solum à tortura, sed etià à terrore illius excluditur, eo quòd ex terrore abortus sequi potest sicut ex ipsa tortura. Vnde prohibita tortura, & hic terrores prohibe- rit, tum quia est eadem ratio, tum quia prohibitio sine, prohibe- ri videtur media ad illum. Lorazius ff. de sponsalib. l. cum lex, ff. de pænitentiis l. cum delictum ff. de pænit. & tractat expresse Anton. Gomez tom. 4. vers. c. 13. de tortura reorum n. 4. vers. Et ita abesse procedere Fatin. q. 41. de iudic. & tortura. num. 84. & 108 Pegna 3. p. comm. 34. col. si quis autem.

15. Restat quid faciendum sit de reo negante, vel consistente in tormentis. Et in primis aduerto confessionem factam in tor- mentis debere ratificari, alia illa condemnari non poterit: ut tradit ex omnium sententia Elymeric. direct. 3. p. rubr. de tortio- nio terminandi processum, n. 157. vers. si autem in quæst. Fatina- cius de hæres. quæst. 185. num. 150. Vt autem ad ratificationem inducatur reus, caute inquiritor procedat, primò interrogando cum in genere, an confessionem factam à probo, deinde eam in particulari proponat, & per extensum legat, & perquirat, an quæ facta sunt, sit ea, quæ factus sit.

16. Quo factò si reus in tormentis confessionem suo tempo- re sollicitè post, 24. horas ratificaverit, & penitentiam abolitionem petierit, abiurare debet suos errores, & penitentia iniuncta ab excommunicatione incurta publicè abolendus, nisi fuerit rela- tius quia tunc curiæ seculari est tradendus iuxta superius dicta. Si vero ratificans confessionem in suo errore persistere vult, ne- que ab illo recedere, variis modis conuincendus: præcipue ad- ducendi Doctores, qui cum illo disputent, eisque rationes disso- luant, ac tandem argumentis omnino vincant. Quòd si se vi- det non proferretur, sed peritaxa perferretur, curiæ seculari penitentia tradatur.

17. Vt cum si accedente tempore ratificationis reus confes- sionem factam renouauerit, iterum torturæ subiciendus est, non tan- tum quia renouauit, sed quia ex confessione prius facta nouum habitum criminis commissi dedit. Naquam tamen, ut iam dixi, vitæ terrores vice subiciendus torturæ est: præcipue si prima vice tormentum sustinuit, quæcûs indicia postulabant, ut multis alle- gatis aduertit Fatin. quæst. 38. n. 97. & 105. At si reus in tortura negant, subiciendum torturæ non potest, nisi fuerint noua indica- cia videntia, & à primis diuersa, iuxta textum in l. vnus. §. 1. ff. de q. 30. reus euidentioribus argumentis oppressus repeti in quæst. post. ver. nisi prius iuxta qualitatè in indiciorum, & grauitatè delicti tortus non fuerit, quia tunc non tam repetitur, quam de nouo tortura contortatur, qualibet enim ex his causis existente torqueri potest. At illis constantibus abstinendū est à tortura, ut alius allegat docent Meno. de arbit. l. 2. casu 272. n. 56. & 7. Fatin. de iudic. q. 38. n. 71. præcipue n. 83. Cum autem dico reum subiciendum torturæ posse, debet intelligi, si valeat sustinere abque vitæ, vel membrorum periculo: sunt enim aliqui debiles, vt etiam si leuiter torri fuerint, nouam torturam absque periculo probabili sustinere non possunt. Iis tamen danda non est, vt colligitur satis in l. vnus. §. 1. ff. de quæstionibus lib. 1. maxime si in tormentis animus, corpusque durauerit. Semper enim pæ- oculis habenda sunt illa verba Iurisco. in l. quæst. modum, ff. de quæstionibus. Quæstionem habere oportet, vt seruus saluus sit vel innocente, vel supplicio: sic Pegna 3. p. comm. 39. num. 156. vers. vnus tamen pluribus relatis Fatinac. quæst. 38. num. 82.

Ferr. de Castro Sum. Moys. Pars I.

18. Sed quid si tortus in negatiua semper persistit, absoluen- dus ne est, an potius indicenda purgatio, vel abiuratio? Respon- deo, si insufficienter tortus fuit ob debilitatem, vel aliam cau- sam; & indicia sunt vrgentia & vehementia, abiurare debet: si sufficienter tortus fuit, credo liberum esse dimittendum, & sen- tentiam absolutiois, si petierit, esse concedendam. Prior pars probatur, quia aliqua via debent indicia illa purgari; & cum tor- tura purgata non sit, iustum est, vt aburatione purgentur. At quando tortura indicis correspondet, plene illa purgat: purgatis autem indicis remanet reus absolendus, ex vulgari axiomate, Actor non probante reus debet absolui. Actor. C. de probat. l. qui accusare, C. de edendo sic pluribus cõprobat Simanc. catholice in- sist. tit. 56. rubr. de purgat. canonica n. 17. & in enchirid. tit. 42. rubr. de torm. n. 40. & 154 rubr. de purgat. n. 16. Pegna 3. p. di- rect. cõm. 39. n. 156. circa finem, vers. sic est crimino requiritur. & 2. p. comm. 14. ad c. inter sollicitudines, de purgat. canon. vers. atque ex hac interpretatione, Fatinac. q. 185. n. 128. Rojas tract. de hæres. 2. p. num. 306.

19. Tandem inquirens, an reo conuicto, & confesso pro ha- bendis complicibus tortura inferri possit? Respondeo posse, si se- miplene probatum fuerit complices habuisse, quia non reuelare complices (quando tenetur, & de illis cogitur) est delictum fau- toria. Ergo super hoc delicto semiplene probato torqueri potest. At si nulla probatio sociorum præcessit, non video quæ ratione subici torturæ possit ob illos reuelandos; cum non detur præ- sumptio, quòd delictum committat, sic Simanc. catholice in- sist. tit. 43. num. 27. & seq. tit. 65. num. 59. & 60. & in enchirid. tit. 29. num. 12. & tit. 53. num. 30. & 31. Didac. Caetera quæst. crim. rubr. de hæres. c. 1. num. 57. Fatinac. aliis relatis de hæ- res. quæst. 185. num. 133.

20. Pro complemento huius materiae placet aduertere cum Reper. inquisit. verbo aduocatus §. sed an aduocatus. & verbo tortura §. an aduocatus. Pegna direct. 3. p. comm. 110. in fine vers. postremo videndum. Quoties disputatur, an reus iube-endus sit torturæ, debere eius Aduocatum assistere, vt reus possit à tortura defendere, si videtur indicia insufficientia esse: cum enim tortura graue præiudicium reo afferat, contra ratio- nem, & æquitatem esset, si indefensus illam cogeretur subire.

PUNCTUM X.

De probatione requisita in crimine hæresis.

- 1 Ad condemnandum reum, vt hæreticum, hæresis debet sufficienter probari, ad illum vt suspectum, sufficientè præsumptio iuris.
- 2 Scriptura verborum, & facti hæresis probatur, & quali hac sint.
- 3 Aduersus huiusmodi facta, vel dicta non admittitur in contrariam probatio, nisi ad summum ecclesiasticis ex metu.
- 4 Consistent facta hæreticalia, & negans intentionem con- demnantis est vt vehementer de hæres. suspectus si com- paret ante denuntiationem.
- 5 Si citatus comparat, & negat intentionem, torquendus est, & in negatiua persistens tanquam suspectus de hæres. vehementer condemnandus iuxta plurimum sententiam.
- 6 Probabilis censio tanquam hæreticum negatiuum esse puniendum.
- 7 Dux probationes semiplene non iunguntur ad vnam inte- gram efficiendam, tamen si aliqui contrarium sentiant.
- 8 Contra accusatorem, & scilicet in fauorem rei sufficit semiplena probatio, vt in pœnam ordinariam condem- nari non possit.

Dubitant Doctores, an hæresis crimen debeat plene, & conuictè probari, an solum sufficientè præsumptio- nes? Cui dubitationi communis responsio est ad condemnandum hæreticum tanquam hæreticum plenum, & conuictè proba- tionem requiri; ad illum verò condemnandum vt suspectum, præsumptiones iuris sufficere. Priorem partem docent post alios, quos allegat Simancas cathol. in sist. tit. 50. rubr. de præsumpt. n. 21. & seq. & in enchirid. viol. relig. 1. 40. ead. rubr. de præsumpt. n. 1. Rojas tract. de hæres. 2. p. assert. 6. n. 150. Dec. tract. crim. lib. 5. cap. 35. n. 20. vers. imò quòd non sufficientè. Fatin. q. 187. n. 25. & 38. & videtur decidi expresse in c. lirt. de præsumpt. ibi Quocirca mandamus, quatenus eum propter solam suspicionem quamuis vehementem nolimus illum de tam graui crimine condemnari. Ratio est, quia hoc delictum grauissimum est; & grauius penis punitur. Iustum ergo est, vt aliquis ex sola præsumptione illius, illud commississe declaratur. Adde, in reliquis delictis probationes luce meridiana clariore expolluntur, vt tenent omnes, & est decisio textus in l. sciant cuncti qua est fin. C. de probat. & habetur cap. sciant cuncti, 2. q. vlt. Ergo à fortiori in hoc delicto reliquorum grauius. Secundam partem, scilicet præsumptiones iuris sufficere ad condemnandum reum tãquam sus- pectum videtur res indubitata, cum præsumptiones illi inspectu red- dantur: ergo in iura illi interrogatur, si se suspectus declaratur, & vt talis puniatur abiuratione, & pœna extraordinaria iuxta textum

DE
STR
A
T
A
P
O
N
I
I
I

in c. accusatus in princip. de hereticis in 6. in illis verbis licet ante abiurationem sua heresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum, sic A. bert. tract. de agnoscend. assert. cathol. et heret. q. 34. n. 56. Menochius consil. 82. n. 144. l. i. Pegna direct. 2. p. comment. 80. versic. sed hanc sententiam Simancas catholice infirmat. tit. 50. rubr. de presump. §. 1. n. 21. et tit. 51. n. 12. Rojas de heret. l. part. n. 304. et seq. Faunacius de heresi. q. 187. numer. 9. 40. et 42.

2 Sed inquires primo, quibus modis heresis crimen probatur?

Respondet tripliciter, scriptura, verbis, & factis, quia omnibus his modis, & non aliis hoc crimen committi potest. Et primo scriptura probatur esse commissum, si probas alicuius scripturam hanc esse continentem propria manu scriptam, vel subscriptam esse, sentio & accurate, vel testibus comprobas ab ipso sic fuisse dictam. Secus vero si scripta sit in chartulis, seu memorialibus indigestis, & incemdati, & quibus non est ultima manus imposita; quia tunc non ex animo errandi, sed ex ignorantia processisse censendum est. sic ex Nauar. lib. 5. consil. 6. num. 1. et seq. de heret. notat Faunacius. q. 187. num. 11. Secundo probari potest verbis, si probas verba heresim clare significantis affertur, & ex animo esse ab aliquo prolata. Dixi, clare significantis; nam si dubia sint interpretari debent, ut potius excludant delictum, quam illud constituant: ut optime probat Rojas de heret. l. part. n. 200. et seq. Pegna direct. 3. part. q. 62. comm. 1. 11. versic. sed cum in dictis, quod intelligendum est ut ipsi Doctores notant, quando proferens non esset alius suspectus, vel generis, aut nationis infecta, & consentit Faunacius quest. 187. num. 14. Tertio probari potest factis, si probas aliquem ea facta fecisse, quae errore, expriment manifeste, neque in bonam partem, & sensum accipi possunt; qualia sunt, si circumcidere, purificationes Iudaeorum facere, communionem ab hereticis more suo recipere, consolationem in extremis postulare, genua demonibus hactere, & Mahometo reuerentiam exhibere: cum enim heresis in animo consistat, & animus factis potius quam verbis declaratur, ex dilecti de appellationibus sit sane factis hereticum probari, sic Simancas cathol. infirm. l. 20. rubr. de heresi, n. 15. in fine. Eymet. direct. 2. part. q. 34. n. 1. et q. 50. n. 3. & ibidem utroque loco Pegna, Parum de origin. inquisit. lib. 3. q. 9. n. 117. Faunacius q. 187. num. 16. & alij innumeris apud ipsos. Quibus autem testibus haec verba, vel facta probari debeant, ut tanquam hereticis condemnari possint, dicemus disput. sequent. punct. de testibus.

3 Secundo inquires, an aduersus haec facta, vel verba admitti possit probatio in contrarium: quae nulla alia esse potest, nisi probando te non ex animo, & voluntate assentiendi talibus erroribus, sed ex ignorantia, & simplicitate ob amorem Iurij, aut mali timorem, vel alio humano respectu te illa exterius simulasse; Et in primis certum est, hoc difficillime probari posse, cum intentio soli Deo nota sit. Quapropter censet solum te id probare coniecturaliter posse, si probes, te illa ex timore praestitisse, & illo remoto statim ab illa iniquitate cessasse, & quam primum potuisti, poenitentiam pro illius remissione ab Inquisitoribus postulasse. Extra hunc vero casum aduersus hanc vehementem, seu violentam praesumptionem, nescio qua ratione possis probationes vetosimiles adhibere, ut recte dixit Rojas tr. de heret. l. p. n. 326. Nam ignorantia in his rebus ita manifestis contra fidem raro praesumitur.

4 Hinc inferitur decisio illius grauissimae quaestiones, an confitens facta, vel verba haeretica, & intentionem negans, tanquam negatiuus hereticus condemnandus sit, ac proinde curiae saeculari relaxandus? In qua quaestione omissis variis Doctorum placitis dicendum censet, si sponte, antequam denuntiatus sis, comparas, condemnandum esse non ut hereticum, sed ut heresim suspectum vehementer, & sic in penam extraordinariam, scilicet abiurationis de vehementi, & aliam pecuniariam: qui enim sic se manifestat, praesumit debet veritatem integre manifestare: siquidem nullam utilitatem ex illa dimidiata confessione consequi poterat, sic praecitari vidi Compstellae anno 1619. circa quemdam, qui haereticae Iudaeorum ritus fecit, illique Inquisitoribus manifestauit, negata intentione crudelitatis, abiuratione de vehementi, & trescentos ducatos soluisse sisco Regis, & tempibus Officij sancti, & insuper a sua villa duobus annis fuit exilio multatus. Credo tamen hunc metu superuenturae restitutionis se detulisse, & ita effectus probauit: postea enim restitutus fuit non solum de factis, sed de intentione scriptis declarata: ob quam restitutionem iterum fuit in secretum carcerem reclusus, & in negatiua perseverans, tortus est, & tandem contritis & poenitentiam ex postulatibus publicè errores abiurauit, & bonis omnibus publicatis perpetuo carceri fuit additus.

5 Quod si iam citatus venias, & haereticae ritus se esse fatearis, neges tamen fecisse ex intentione, & animo sic credendi, nullam rationabilem causam adducens huius negationis intentionis, & affirmant Pegna. p. comm. 59 in medio, versic. quod si non compareant sponte & Simancas catholice infirm. c. 65. n. 52. torquendum est, nisi in negatiua perseveres, condemnandum ut heresim suspectum, quia cum de mala intentione requisita omnino ad haeresim non videaris conuictus, neque confessus, non est cui dica-

mus ut hereticum esse puniendum.

6 Nihilominus probabilibus existimo te sic negantem intentionem, & ritus haereticae fateantem, tanquam hereticum negatiuum esse puniendum. Moueor, quia satis contentis de mala intentione, conuictus de haereticali facto spontaneo; factum enim malum, & damnosum ex mala intentione factum esse supponitur cap. 1. de praesumpt. Ergo dum non probas contrarium, huic clarè, & manifestè probationi standum est. Item si ex negata intentione cessaret negatio heresim ex verbis, vel factis haereticalibus, aperta esset via omnibus haereticis vitandis condemnationibus cum omnes se excusare possent abique mala intentione verba illa protulisse, & facta praestitisse. Hoc autem videtur absurdum. Ergo non est dicendum hanc fallaciam tibi parocinari posse. Denique Pegna, & Simancas admittunt te condemnari debere in abiuratione de vehementi, & in alia extraordinaria poena, exilij, pecuniae, fugationis, vel trimensis si post torturam in negatiua perseveras. Et reddunt rationem, quia per torturam non sufficienter purgatur suspicio ita vehementis prae intentionis, quae ex factis haereticalibus prouenit. Ergo signum est te torquendum non fore, sed tanquam hereticum condemnandum; tortura enim ad purganda indicia affertur. Si ergo per nullam torturam haec indicia purgari possunt, quia sunt ita virginea, adhibenda non est, sed statim ad condemnationem procedendum. Neque obstat, ex praesumptionibus neminem saltem in poena corporali, & ordinaria condemnari debere: ut multis relatis probat Faunacius nota q. 86. praesumpt. n. 110. Non inquam, obstat, quia facta, & verba haeretica dici non debent praesumptionibus delicti, sed legitime illius probationes. Adde duplicem esse praesumptionem, aliam iuris, & de iure, seu ab ipso iure approbatam; & licet aduersus iuris praesumptionem probatio in contrarium admittatur: at aduersus praesumptionem iuris, & de iure nulla probatio in contrarium admittitur: ut multis relatis probat Anton. Gomez 3. var. cap. 11. rubr. de probatione delicti num. 25. unde in n. 26. 5. aduertendum, concludit habentem contra se praesumptionem iuris, & de iure torquendum non esse, sed poena ordinaria plectendum. Secus de illo, qui solum praesumptionibus iuris, seu hominis habet, At in praesenti casu ius ipsum reputat haereticum esse, qui verba, & facta haeretica praestat; iuxta illum textum in cap. haeretico 24. quest. 3. ibi, haeretico est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriae, principatusque sui gratia, fallas, vel nonis opinionem, vel pignit, vel sequitur, & idem habetur cap. inter haeresim, in princ. eadem causa, et quest. Et ratio est data, cum nulla alia via distinguat Catholice ab haereticis possint, intentio enim soli Deo nota est. Ergo qui contra se hanc praesumptionem à iure approbatam habet, non erit torquendus, sed curiae saeculari, ut impetrens negatiuus relinquendus sit. Arnold. Albert. tract. de agnoscend. assert. cathol. q. 8. n. 12. et quest. 32. num. 17. q. 34. n. 53. Rojas tract. de heret. l. p. num. 276. et seq. et n. 583. et seq. Grassus lib. 4. iurum delicti. cap. 18. num. 28. Simancas in enchirid. tit. 29. rubr. de confessis num. 8. Repert. verbo confessi, versic. nota singulare.

7 Tertio inquires, an duae semiplena probationes iungantur ad unam integram in hoc crimine efficiendam, & utrum poena ordinaria condemnandum? Dixi, ordinaria. Nam extra ordinaria certum est condemnari posse: non solum ex duplici semiplena probatione, sed etiam ex praesumptionibus, & dubitatis indicis, ex cap. accedens, de accusat. cap. significasti, de adulterio, cap. asserere de praesumptionibus cap. de hoc, de summa. Affirmant ergo plures, quando utraque probatio ad euadendum tendit, quod in praesenti materia semper verum habet, cum omnes actus haereticales conueniant in remouendo delictum à gremio, & vitare Ecclesiae Repert. Inquisit. verbo praesumptio, versic. quaretur. ibi. Quinti. Mandol. in addit. l. i. f. Ac conge probabilibus existimo nequaquam coniungi duas imperfectas probationes ad plenam probationem efficiendam; quia cum quaelibet in suo ordine diuersa sit, non apparet quomodo cum alia coniungi possit; & ita pluribus relatis tenet Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 12. n. 25. cum glossa in cap. veniens, l. 1. de resp. b. Faunac. de reo confesso, et conuictio q. 86. n. 2. et q. 187. n. 7. & dicemus latius, cum de testibus fuerit sermo.

8 Quarto inquires, an in fauorem rei, & contra accusatorem, & sicum, sit sufficiens probatio, quae ex praesumptionibus, alijsve indicis, & semiplena probatione oritur? Respondet sufficere, ut in penam ordinariam condemnari non possit, quantumuis accusator, & sicum habent probatum suam intentionem; quia negari non potest ex supra dicta probatione defensiva probationem sic obnuiliari, ac proinde non esse licet meridianam clariorem, & consequenter neque sufficientem ad delinquentis condemnationem: sic docuit Barr. in l. non solum, §. sed ut probari, n. 1. et seq. de noni operis unitat. quem sequuti sunt Felin. num. 13. Borelus n. 31. Decius num. 15. Parisius num. 31. & pluribus alijs comprobatur. Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 48. n. 8. Faunacius q. 86. n. 76.